omnia et singula mediante.

Feria secunda post Dominicam Laetare Quadragesimae proxima

13 | III Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio

Stawski Woiakowskiego Quietat.

1343 Coram officio Castri praetunc Generosus Stephanus Rogozynski V[illegible] Castrensis Praemysliensis in locum infrascripti Generosi Joannis a Staw Stawski Pocillatoris Terrae Leopoliensis et Vicecapitanei Castrensis Praemysliensis munusque hoc Subdelegationis in se bonaque sua generaliter omnia libere consumens subdelegatus praesidebat, Actisque praesentibus Castrensibusque Capitanealibus Praemysliensibus personaliter Comparens Generosus Joannes a Staw Stawski Pocillator Terrae Leopoliensis et Vicecapitaneus Castrensis Praemysliensis Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque Suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet, Seque Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum Joannem in Krzepin Woiakowski Vexilliferum Terrae Novogrodensis et ipsius Successores de sublevoria certa inter se recognoscentem ab una et eundem Vexilliferum Terrae Novogrodensis parte ab altera de actu et data.

et data eiusdem Interisa Premysliae Feria Secunda pridie Festi Sancti Valentini Presbiteri et Martyris Anno praesenti confectt et conscriptt manibus Recognoscentis subscriptt et Actis Judiciis Castrensibus Terrae Premysliensis per eundem Generosum Vexilliferum Nouogrodensem suo pro interesse sub Vadio Quingentorum Florenorum Polonicalium roboratt, nec non de eadem ipsa Interisa ac eius Inscriptione Roboratoria et sufficientem sibi ab Utrisque praefatam Satisfactionem Quietat emittat, dimittit liberumque et absolutum facit et perpetuo pronuntiat Interisam eandem et eius Inscriptionem Roboratoriam in toto et per omnia Cassat mortificat et annihilat Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Feria Tertia post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio. 14/III

Judaei Premyslienses Venerabili Capitulo Premysliensi Censum Inscribunt.